ad Titum. Achei philippi societate repudiata: cum romanis bellum aduersus
philippum gerere statuunt. Opuntii uero cum eorum urbem etholi recipere ac
custodia tenere concupiscerent: quanquam romanorū arma iuuarent eos asper
nati sunt. Acceto aūt tito statim se illius fidei cōmiserunt. Pyrrus cū pri
mū e specula ornatissimū romanorū conspexiss& exercitum: dixisse tradit.
haud barbaricam sibi uideri illam barbarorum aciem. Eos quoq: qui obuiū
primo habuere titum: easdem emisisse uoces oportuit. Ex macedonibus enī
audierant barbarici ducem exercitus aduentare: qui armis cuncta prosternēs
omnes in seruitutem detraheret. At postea uirum ętatis flore uirentem: aspe
ctu benignū: greca uoce ac eloquentia suauem: & glorię haud inanis cupidum
conspicati: ab eius beniuolentia mirū in modum demulcebant. Ceteri ciuita
tes obeuntes: eius hominis studio & amore uniuersa complebant: quod eas iā
libertatis ducem assecutas ēe predicarent. Postquam philippū ad pacem in
clinatum audiss&: habito cum eo colloquio pacem illi amicitiamq: populi R.
proposuit: modo grecos ab eius presidiis liberatos suo iure legibusq: uiuen
tes sineret. Quod omnino philippus facturum se ēe negauit. Apud eos qui
rerum philippi studiosi erant: uulgatum est romanos non aduersū grecos
sed pro grecis aduersum macedones bella gesturos aduentasse. Dehinc cum
cętera Tito tranquilla succederent/ in boetiam sine ulla belli facie proficiscenti/
primores thebanorū obuiam prodierunt. Ii tam&si macedonicę partis per
brachillem essent: tamen perinde ac utriusq: fouentes amicitiam. Titum ho
norifice salutatum exierunt: quos dextra prehensos benigne admodū allocutus.
Titus inter eundum sūma comitate percontabatur. nunc de industria non
nulla narrabat: quo ad ex itinere sese milites reciperent. Hoc pacto una cū
thebanis urbem ingressus: qui cum id haud satis collibuiss&: arcere tamen
ueriti sunt: quod non parua iam militū manus fuerat consecuta. Titus attamē
perinde ac in potestate ciuitatem non haberet: persuadere thebanis cepit. ut
eos ad suscipiendam romanorū societatem induceret. Ad idem quoq: faciun
dum. cum rex attalus orando thebanos perliceret/ supra senectutis uires suā
indicendo potentiam per quandam laudis & glorię cupiditatem ostentare
conatus. subita inter orandum capitis uertigine aut humoris descensu cor
reptus amissis sensibus concidit. Paulo post nauibus relatus in asyam: su
premū uitę diem obiit. Thebani romanis concessere. Postea romā euntibus
a philippo legatis: suos quoq: titus a mittit. qui durante bello tempus sibi p
rogari ab senatu impetrent: aut saltem ab eo pacem fieri decernant. Is enim
honoris percupidus ne alter suffectus ad bellum imperator suam illi gloriam
interciperet: magis atq: magis uerebatur. Ceterū cum eius amicorū opera

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_919/0299

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG